

super populum, quem dominus deus tuus dedit tibi ad regendum ac gubernandum. 165
Amen.

21. Quod subsequitur, dicatur in modum prephationis:

*Sis*¹⁴⁰ *igitur, domine quesumus, per huius unctionis virtu/tem adiutor et*
protector suus precesque eius in bonis exaudias, honorem principatus eius
iugiter firmes et gentem populumque subiectum sibi in eternum conserves, 170
inimicos eius confusione induas, super eum tua sanctificatio floreat et qui sibi tri-
buis principatum in terris, ipse in celis merita conferas angelorum. Ut pari-
ter ab omnibus vite periculis exutus et virtutum spiritualium ornamentis indutus, spei,
fidei caritatisque gemmis ornatus et mundi cursus pacifice ei tuo ordine dirigatur et te
auxiliante in bonis semper operibus perseveret. Per dominum nostrum Ihesum 175
Christum, f(ilium) t(uum), q(ui) t(ecum) v(ivit) et r(egnat) i(n) u(nitate)
eiusdem spiritus sancti deus.

22. Deinde coram appositus ensis taliter infuso chrismate consecratur:

*Deus*¹⁴¹ *lumen verum tuorumque defensio famulorum, maiestatis tue* 180
clemen/tiam humiliter exposcimus, ut per hoc salutifere crucis signum,
quod ex sanctificato oleo in hoc gladio inprimimus, tue benedictionis
munus accipiat, quo per eum et terror hostium et fidelium protectio auge-
atur. Per.

23. Post hoc accingat eum metropolitanus ense in confirmatione principatus coadiuvantibus episcopis dicens: 185

*Accipe*¹⁴² *gladium per manus episcoporum, licet indignas vice tamen et*
autoritate^P sanctorum apostolorum consecratas, tibi impositum nostreque benedictio-
nis offitio in defensionem sancte dei ecclesie divinitus ordinatum, et esto memor de
*quo psalmista dicit: Accingere*¹⁴³ *gladio tuo super femur tuum potentissime', ut in hoc* 190
vim equitatis exerceas molem iniquitatis potenter destruas et sanctam dei ecclesiam
eiusque fideles protegas et defendas. Amen. /

p) *Hs. actoritate.*

140) Die Oration zerfällt quellenkundlich in zwei Teile. Im ersten werden Elemente der Psalmen aufgenommen, vgl. Z. 168f. *adiutor et protector* (Ps. 27, 7; 32, 20; 39, 18; 113, 9.10.11.17.18.19) und Z. 171 *inimicos* – *floreat* (Ps. 131, 18). Ab Z. 172 *Ut pariter* – Z. 176 *Christum*, wird wörtlich die *Praefatio pro rege tempore sinodi dicenda* abgeschrieben (Corpus praefationum 929, CC 161A S. 285).

141) Nicht nachgewiesen.

142) *Accipe* – Z. 192 *defendas*: PRG 72, 19 (VOGEL/ELZE 1 S. 255 Z. 24 – S. 256 Z. 8; der Rest wurde später in Nr. 25 verwendet, siehe unten Anm. 145). Jeder Hinweis auf einen König wurde wieder strikt eliminiert, z. B. *regaliter* (S. 256 Z. 1).

143) Ps. 44, 4.